

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a  
[Joanne] Cuspiniano castigati cum ind**

**Florus, Lucius Annaeus**

**Vienne, 1511**

Cesar Avgvstvs. Ti. III

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270805)

QVARTVS.

noe & ad simulachrū ignium ardens Pharus. Tertius de Phari-  
 nace currus & Ponto. Quartus Iubā & Mauros: & his subactā  
 ostendebat Hispaniā, Pharsalia & Thapsos & Munda nusq; &  
 quāto maiora erāt de qbus non triūphabat! Hic aliq̄do finis ar-  
 mis fuit. Reliqua pax Inruēta / pensatūq; clementia bellū / nemo  
 casus implo pter Afraniū: satis ignouerat semel: & Faustū Syl-  
 lam didicerat generosum timere: filiāq; Pompei cū patruelibus  
 ex Sylla / hic posteris cauebat. Itaq; non igratis ciuibus oēs unū  
 In p̄cipem cōgesti honores circa templa / imagines ī teatro / di-  
 stincta radiis corona; suggestus in curia / fastigiū in domo / men-  
 sis in coelo / ad hoc pater ip̄e patria p̄petuusq; dictator. Nouissi-  
 me dubiū an Ip̄o uolente: oblata pro rostris ab Antonio cōsule  
 regni insignia. Quæ omnia uelut insulae In destinata morti ui-  
 ctimam cōgerebantur. Quippe clementiam p̄ncipis uicit inui-  
 dia; grauisq; erat liberis ipsa beneficiorum potentia. Nec diuti-  
 us dilatio donata est. Sed Brutus & Cæsius aliq; Patriciū cō-  
 fenserunt in cædē p̄ncipis (quanta uis fati) manauerat late cō-  
 iuratio: libellus etiā Cæsari datus eodem die: nec perlitare cen-  
 tum uictimis potuerat: uenit ī curiam tamē expeditionem Par-  
 thicam meditans: ibi in curuli sedentē eum senatus iuasit tribus-  
 q; & uiginti uulneribus ad terrā datus ē: sic ille q; terrarū orbem  
 ciuili sanguine ipleuerat: tandē ip̄e sanguine suo curiā ipleuit.

CESAR AVGVSTVS, II, III,

Opulus Romanus Cæsare & Pōmpelo trucidatis:  
 P rediisse ī statum pristinæ libertatis uidebatur: & re-  
 dierat: nisi aut Pompeius liberos: aut Cæsar hæde-  
 dē reliq̄set: Vel qd̄ utroq; perniciosius fuit: si nō collega quon-  
 dā / mox emulus Cæsarianæ potentia: fax / & turbo sequētis secu-  
 li sup̄fuisset Antonius: Quippe dū Sextus paterna repetit / trepi-  
 datū toto mari: dū Octauius mortē p̄ris ulciscit. Iterū fuit mo-  
 uēda Thessalia: dū Antōius uariis īgenio aut successorē Cæsa-  
 ris indignatur Octauiū / aut amore Cleopat̄æ desciscit ī regem  
 nam aliter saluus esse non potuit: nisi confugisset ad seruitutem:  
 Gratulandū tñ in tanta pturbatiōe est: q; potissimū ad Octaui-

## LIBER

um Caesarem Augustū summa rerum rediit: q̄ sapiētia sua atq̄ solertia: p̄culsum undiq̄ & perturbatū ordinavit impiū corpus q̄ ita haud dubie nunq̄ coire & cōsentire potuisset: nisi unius p̄fidi nutu/ quasi aīa & mente regeret. Marco Antonio & Publio Dolobella consulibus impiū Romanū iam ad Caesares transferente fortuna: uariū & multiplex motus ciuitatis fuit quodq̄ ī annua caeli cōuersiōe fieri solet: ut mota sycera tonēta suo flexu tēpestate significēt: sic cum Romanæ dominatōis. i. humani generis cōuersiōe penitus ītremit/ omniq̄ genere discriminū ciuilib⁹ terrestrib⁹: ac naualib⁹ bellis oē īperii corpus agitātū ē.

## BELLVM MUTINENSE. TI. III.

P Rima ciuiliū motū causa testamentū Caesaris fuit: cuius secundus haeres Antonius p̄latum sibi Octauiū furens: īexpiablem cōtra adoptionē acerimū iuuenis susceperat bellum/ Quippe cū ītra. x. & .viii. annos tenet obnoxium & opportunū iniuriæ iuuenem uideret ipse plane & cōmilito Caesaris dignitatē laceraret: furtis hereditatem: ipm̄ īsectari p̄bris: & cunctis artibus cooptationem Iulæ gentis cū inhibere nō desineret. Deniq̄ ad deprimēdum iuuenē: palā arma moliri: & parato exercitū ī Cisalpina Gallia resistentem motibus suis Decium Brutum obsidebat/ Octauius Caesar atate & iniuriā fauorabilis & noīs maiestate: q̄ sibi induerat/ Reuocatis ad arma Veteranis: priuatus (q̄s crederet) cōsulē aggreditur: obsidione Mutinæ liberat Brutum. Antonium exiit castris: tum quidem etiam manu pulcher apparuit. Nam cruentus & fauciū aquilam a moriente signifero traditam: suis humeris ī castrā referebat.

## TRIVMVRATVS. TI. V.